

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**Alberti v. Haller Domini In Goumoens Le Jux Et Eclagnens.
Præsidis Societatis Reg. Goettingensis ... Primæ Lineæ
Physiologiæ In Usum Praelectionum Academicarum**

Haller, Albrecht von

Lausannæ, MDCCCLXXI.

VD18 11701269

Ad Alteram Editionem.

urn:nbn:de:gbv:45:1-17141

A D A L T E R A M
E D I T I O N E M.

MULTA hic mutata invenietis,
mo OPTIMI, etiam sententias
alias, uberiora nonnulla, breviora alia.
Et illas quidem me melius cognita na-
tura mutare jussit. Qui possem alia
sentire, docere alia? Detraxi, ex ami-
corum consilio, nonnihil de ubertate
anatomicarum descriptionum, quæ se-
mestri tempore circumscriptis doctori-
bus remotæ forent. Addidi physiolo-
gica aliqua nuper conperta. Errores
typographi plurimos, & molestissimos,
neque in catalogo emendatos, hic,
quantum potui, expunxi. Itaque va-
lete & exspectate majus opus, in quod
nunc maxime me demergo. Eodem
nempe ordine, sed pleniori omnino
dictione & continua, absque notarum,
aut citationum interpositione, enarrare
constitui ea omnia, quæ ad rem phy-

siologicam hactenus collata sunt, ut
ea, quæ vera sunt, quæ probabilia,
quæ infirma, sincerus ubique indicem,
quantum quidem imbellicitas humana,
meique in primis ingenii limites per-
mittunt.

Dedi Göttingæ

d. 24. April. 1751.



A D E D I T I O N E M

T E R T I A M.

INTERIM dum ab ultima editione
hujus libelli tredecim anni effluunt,
magnum meum opus Physiologicum ad
finem perductum est, cuius nunc septi-
mus tomus sub prelo versatur. Dum
adeo cum meis adnotationibus plurima
nuperorum inventa confero, dum per
numerofas pullorum avium adnotatio-
nes, & vivarum vestiarum incisiones ab
anno retro 1751 varias physiologiæ
partes constituere labore, multæ causæ
exstiterunt, quare has primas lineas
emendem. Ordinem etiam ad majus
opus reformavi, & parem feci libro-
rum numerum, ut omnino paragra-
phorum numeri stare non potuerint.
Non visum est amplius reddere con-
pendium, ne ad prælectiones minus
aptum fieret.

Rupe helvet. d. 22. Nov. 1764.

